



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

Ex Homiliis In Epistolam Ad Ebræos. Interprete Henrico Valesio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79869](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79869)

EX HOMILIIS IN EPISTOLAM AD EBRÆOS.

Interprete HENRICO VALESIO.

STylus Epistolæ, quæ inscribitur ad A
Ebræos, caret illa sermonis rusticita-
te, quæ propria est Apostoli, quippe
qui rudem atque imperitum sese confi-
tetur in sermone, id est in forma ac ra-
tione dicendi. Verum Epistola illa &
in verborum compositione majorem
præfert Græci sermonis elegantiam, ut
fatebitur quisquis de styli differentia pe-
rite judicare potest. Et præterea senten-
tias continet admirabiles, nec scriptis
Apostolice ullatenus inferiores. Atque
id verissimum esse assentientur, quicun-
que Apostolorum scripta attente per-
legerint.

*Paucis deinde interjectis
hæc subjungit.*

Ego vero ita censeo, sententias qui-
dem ipsas Apostoli esse; dictionem au-
tem & compositionem verborum esse
alterius cujusdam qui dicta Apostoli com-
memorare & quasi in Commentarios re-
digere voluerit ea quæ à magistro audi-
verat. Proinde si quæ Ecclesia hanc
Epistolam pro Paulina habet, eo no-
mine laudetur. Neque enim temere ma-
jores eam Pauli esse tradiderunt. Quis
autem revera illam scripserit, soli Deo
notum esse opinor. Sed scriptores quo-
rum monumenta ad nos usque pervene-
runt, partim Clementi Romanæ urbis
Episcopo eam adscribunt; partim Lucæ,
qui Evangelium & Actus Apostolorum
litteris prodidit.

*Τάπεις μεθ' ἑτερα ἐπιερή
λέγων.*

Ἐγὼ δὲ διανοοῦμαι εἶπαι αὐτῶν, ὅτι
μὲν νοήματα τὰ διδάσκαλου εἰναι. ἡ δὲ φράσις, ἢ
ἡ σύνθεσις, διηγεμένη ἐστὶν ὑποκρίματα τοῦ δι-
δάσκου, καὶ ὡς περὶ οὐλοῦνται αὐτῶν τὰ ἐ-
ρημένα ὑπὸ τοῦ διδάσκου. εἰ δὲ οὕτως ἐ-
κλήσια ἔχει τὴν ἐπιστολὴν ὡς παύλου,
αὕτη εὐδοκίμειται καὶ ἐπὶ τῷ. ἢ γὰρ αὐτῶν
οἱ διδάσκαλοι αὐτοὶ αὐτῶν αὐτῶν αὐτῶν
δύναται. ὡς δὲ ὁ γράφων τὴν ἐπιστολὴν, τὸ
μὲν ἀληθὲς θεὸς οἶδεν. ἡ δὲ εἰς ἡμᾶς φησὶ
ἰσοχρῆστα, ὑποκρίματα μὲν λεγόντων, ὅτι κληρὸς
ὁ γράφων ἐπίσκοπος ῥωμαίων ἐγραψε τὴν
ἐπιστολὴν. ὑποκρίματα δὲ, ὅτι λεγέται ὁ γρά-
ψας τὸ εὐαγγέλιον, ἢ τὰς ἀράς.

FINIS SECVNDÆ PARTIS.

INDEX